# The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

## Ambicio c

### cum fontibus primis

Erugo mentis est appetencia dignitatum, si in hiis summa spes uite presentis letetur.

Aerugo mentis est rei cupiditas familiaris, aerugo mentis incuria est, aerugo mentis est adpetentia dignitatum, si in his summa spes uitae praesentis locetur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio euangelii secundum Lucam*, 1.14 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.13, ll.229-232).

Resipiscat unusquisque a furore secularium cupiditatum que ita mentem animumque perturbant ut compos sui esse non possit.

Ambrosius super Lucam libro IIII.

et ideo resipiscat unusquisque a furore saecularium cupiditatum, quae ita mentem animumque perturbant, ut compos sui esse non possit.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 5.33 (CSEL 62, M. Petschenig ed., p.100, ll.17-19).